

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discordia h
cum uariis

Qui modeste alloquitur proximum, gratum accipit responsum; et quasi de uberibus in quibus lac querebat, butirum exprimit. Sed qui incepto uerbo rixam et discordiam ex fraterno corde prouocat, quasi ultra modum emungens sanguinem elicit.

Glossa Ieronymi super illud Prouerbii XXIX.: Qui uehementer emungit, elicit sanguinem; et qui prouocat iras, producit discordias.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

glossa *om.* P V¹ V² L¹ L²; Ieronymi] Ieronymus P V¹ V² L¹ L²; prouocat] rixas *add. (del. intra)* B; iras] iram B, rixas C